

MS 131.

Illustriss^o ac excellentiss^o Pac. Dom^o

D. FERDINANDO.

Arch. Austriae, CARO.

21 folio

6. 11. 11.

MS
PROTREPTICON CLE
MENTIAE ET FORTITVDINIS.

AD ILLVSTRISSIMVM

ET EXCELLENTISSIMVM PRIN
cipem ac Dominum, D. FERDI

NANDVM, illustrissimi ac se

renissimi Principis ac Domini,

D. CAROLI, Archiducis

Austria, Ducis Burgundiae,

Styriae, Carinthiae, Car

niolae et Würtember

gae, Comitis Tyro

lis et Görz, filium

natum maronni, in

ueniem praestan

tissimum

Auctori

Christophoro Henningio. M

131
MS

TAS mihi sit voces, et dona referre Dearum
 Spem quibus Imprii magni, monitusq; dederunt
 AUSTRIACI egregios praestanti CAROLI alumno.
 Tuq; adro alma Ducum soboles, spes stimatis alti,
 Quae fortunato peris omni nomen avium
 Tuq; Paterq; teneas, praestans virtutibus Heros
 Sub quo Religio purum iubar aura tollit,
 Iura iungit, Alusis operatur laeta iuventus
 Et Pax, et Pietas, infidis exultat in arvis,
 Esti simul faciles, mitis et fronte benigna
 Aspirati mea, precor, et date vela Camoene
 CAROLI, et excelso FERDINANDVS sanguine cunctus
 BOIARIAE MARIAE, gemma nunti Diana
 Hausit et primos Fernandi laetus amoris.
 Jamq; sibi laevi urnabula lucida ferro,
 Jam celum disposcit equum: iam firmidus acrum
 Optat aprum, aut rigidum villis horrentibus Ursam
 Exultatq; animis, maiorq; viribus audet
 Indole praecurrens annos, studioq; iurisy.
 Cui fidus custos, dedit quem cura Parentis:
 Ne sacri illustris iuuenis, tibi talia tempus
 Mox hinc sponte fuit, spolijs et saepe ferarum

Indutum Nympha, patrio te limine sistit.
Nunc sine, dum firmet uires maturior aetas.
His dictis simul recer paruos, et caetera pubes
Exierant, et iam Syluas indagare conant
Vnandoq; student praedam conquirere mensus)
Inferiora domus secedens tecta petibat
Tristior, et sola sicum uersabat in Aula:
Quod nam laudis iter, quae prima vxorsa laborum
Seu Virtus et fata ferant, sese firmior aetas,
Tum monumenta simul ueterum lustrabat Auorum
Atq; animi iuuenis magnum inflamabat amor;
Pictura Heroum grucrosa stirpis inbarrens.
Talia uolenti subito lux maior oborta est
Adibus in medijs, geminunq; assistere Numen
Vidit, et obstupuit sacro fulgore Dearum:
Una fuit placido mitis CLEMENTIA uultu
Quae sic orsa prior: nam te clarissime sanguis
Heroum Imprij ad Deum aura scripta paterni
Et Natura uocat, praestansq; in praetore Virtus.
Ergo salutaris Patria moderator habenis
Et felix, carusq; tuis ut sceptrum gubernes,
Qua Genitor fato quondam tibi magna resignat

Consilijs

MS
3
Consilijs pare, tibi quae pulcherrima caelo
Ferre iubet Supremum chorus, atq; bis pandere dictis.
Principio uenerare Deum, qui munera uitae
Omnibus, at uelae pariter tibi culmine sortis
Regaliq; in sede sacros assignat honores.
Illi suum quoniam armisit Numine Natu,
Doctorem uitae reparatoremq; salutis,
Qui Reges, populosq; brat, pariterq; potentes
Atq; humiles patrij uocat ad consortia regni.
Hunc age uiti colens tibi iam praepone Magistrum
A puero, dictis illius ut anima surgat
Mente fides, pietasq; tibi, certaq; salutis
Ingrediar uiam, sacro quae lumine Verbi
Iteq; tuosq; ferat caeli super aetria ciues,
Subiiciens Christo placidi moderamina regni.
Regibus hanc aduocum summi Rex aethenis ipse
Imposuit, primamq; dedit sub praetore curam:
Diuina quae uoce sacros Ecclesia catus
Colligit, ac totum late diffusa per orbem
Militat, aetherei propagans dogmata Verbi,
Semper ut ipsorum uiti defensa fauor
Grata patriocinia, ac nutricia dona reportet.
Hunc igitur praefige tuis ante omnia finem

Consilijs, hac summa tibi sit meta laborum:
Serviat ut Christi diuino semper bonori,
Qua te cumq; manet sublimi^m sorti potestas.
Hoc facies, urbem, urbiq; foueri ministros,
Atq; pios templis sic recte educere coetus
Instituis: sic ipse Parnus, sic optimus olim
Gessit Anus Caesar FERDINANDVS et inclytus Heros,
Iusticia praestans, nulli putati secundus,
Christicolasq; Ducis inter placidissimus Heros.

Præfata rerum moles amplissima magnis
Incumbit Ducibus, duplicatq; in pectora Curas:
Dum Patriam, ciuesq; bonos in pace tuari,
Et pœnis ferre malos, ac carcere legum
Iusticiaq; student mentes firmare superbas.
Quippe suas hic ipse vires rex summus Olympi
Credidit, et populos late magnasq; per Urbes
Iura potestatis validis commisit habenis:
Luminis ut monum referat ac cœlica terris
Instaurant alacris diuini dona Parentis.
Ergo velut pietatis agent curamq; sacrorum
Condidit æterni Christus quæ dogmati Verbi:
Sic quoq; Iusticia studium, pacisq; fouebunt,

Et Leges

MS
4
Et leges, et iura dabunt, Patriaq; salutem
Ut seruent, multa vigilis intentur opum vi.
Hoc opus, hic labor est, hic se prudentia curis
Exerit alma suis, usq; intentæ sagaci
Pronida dextérité per mille pericula tendit.
Idcirco granibus studijs formanda Minerva
A teneris muns alta tibi, doctasq; per artes,
Homidum, dulci in gremio, nutrita poliri,
Ornariq; dabis multo tua pectora cultu.
Et quid sit rectum, iustumq; quid utile, quid fas,
Quidne nefas, quid fraudi nocens, et crimine turpi
Ad artem assuescers expendere cautus amissim.
Insuper historias, rerumq; exempla prout
Addiscas animo, varijsq; monentur Argum
Casibus, et ueteris populos speculaber et Urbes,
Scilicet inde tuis quæ nam moderatio scriptis
Conueniat, quid damna ferat, quid comoda præstet.
Jam velut ex alta specula prænoscere tutus,
Securusq; potis: neu per ludibria cæca
Lubricus merdas sortis, præcepssq; furâris,
Firmabunt stabiles aliena pericula gressus.
Hinc ubi præpositum scriptis te admonuit ætas

Adiungenda simul tibi lecta corona **honorum**
Præstantumq; virum multa quos imbuunt arte
Et Sophia, et veneranda Thémis, quibus integra corde
Verborum, rerumq; fides, qui menti perita
Consilijs, gravibusq; animos intruderet curis,
Et norunt fide præstare silentia lingua.
Tali concilio Comitum subnixus in omnes
Prospicis partes, et quid Respublica poscat
Aut Patria communem bonum, quo divite censu
Præsidia accunules Patria rebusq; gerendis:
Deniq; quid moncant leges, quæ iura ministris
Cuius et quali dispenses præmia laquei,
Quo pœnas moderant modo, qua gentibus arte
Occurras etiam externis, sapienti senatu,
Ipsi simul doctus, sapiensq; exquirere veris
Fontibus, et poteris cunctarum cernere rerum
Momenta, atq; bonum semper verumq; sequendo
Euitare malas, fortuna vitia, fraudes.
Hi vero tibi palpones, ne iungi nocenti
Qui delatores lingua mala crimina spargunt,
Hæc facilis fictis horum sermonibus aurum
Credulus auertas. multis timoraria damno
Credulitas fuit, et prætextu iuris, iniquo

Occubunt

MS
Occubunt dolo multi, quorum improba furtim
Insidias capiti, famaq; calumnia struxit.
Sic miser Hippolytus periit. sic exul in Oris
Lihacis falsum crimen Josephi lussit
Hi si cura Dei luctu ad maiora vocatum
Omne socialitum, quod res deformat homines,
Et sceleris fraudisq; procul secludi ministros
Ne fama, laudiq; tua, ne civibus ipsis
Et Patria, scriptisq; tuis gravis virus inhærent,
Ergastulaq; servant contagia dira per aulam.
Ipsi adro nulli pretius prætrahibile noxa,
Et victi, iustiq; tenax, servare student
Innocentia, castaq; decus sine crimine vitæ:
Plus decoratq; Ducis virtus, quam fulvus ab auro
Splendor, et insigni facies Heroica forma,
Et genus, et clarus proavum stirpatis ordo.
Quæ tamen ipsa tibi simul ornamenta Regenti
Non derunt: sed tu virtutem talibus addes,
Quæ Divum atq; hominum tibi conciliabit animum
Successumq; dabit Patria, melioraq; vita
Accendit studia in populo, nam plurima Virtus
A Ducis exemplo cives descendit in ipsos.

Alq' idco' rabidum stimulus recur atra Cupido
Qua vel auaritia curis flagrantibus urit,
Furtiva Veneris turpis aut suscitatur ignis,
Sub ocyrum rationis eat, captivaeq' discat
ferre iugum, certosq' intra consistere fines.
Nec te praecipiti rabie succendat in iram,
Qua tibi sanguinei rogo sub praetore cordis
Acribus assidue flammis, avidoq' nocendi
Ingenio, dideris quondam mihi frena furanti.
Ergo age pone modum, nec te crudele fermentum
Inmemoratae tui vindictae furor et ira
Abripiat, paenasq' ferox, et cladibus instis,
Insanoque trabas tibi sana pericula motu.
Iusticia sane paenas et praemia dando
Lex immota tibi constat: nec ab ordine recto
Jura sinas pravo suasu detorta revelli,
Sed neq' praetextu iuris violentius ullum
Disignis facinus, priuata prodigiosa ira.
Praestiterit potius clementer multa benigno
Praetore si facias: iuris mollior rigor
Vtilis et ratio iustissima saepe monabit.
Assidue precant homines, poenarumq' merentur,
Et reprobos mones, & crimina spectare iusta
Si Pater Omnipotens animo festinet anulo

Jam dudum

MS
6
Jam dudum flammis ultivicibus omnia fundo
Exurit, nullumq' ornis mortale superstit.
Sed parce Christum propter bonus, atq' mercedi
Lenoscit studio, culpasq' & crimina sanat.
Filius ab exemplo DVX mitis parceret quondam
Deberet miseris, ac multa incommoda rerum,
Et lenire pia clementer, et tollere dextra
Augurat immenso. nimium quae durus aceruo,
Gratia diuini lenior sic ipsa Parentis
Respicere lenem dominum, fidusq' satelles
Hunc populi stipabit amor: quae militi forti
Excubat, et duro melior custodia ferro,
Atq' pijs Domini caput, et sacra liceta tueretur.
Praetor nec tantum clementer, & mitis & aequa
Mentis iras, vultu sed comis & ore sereno
Affatu facilis: nec torua fronte missili
Supplicis aversus timidas arato querelas,
Nec fastu quicq' dictisq' repellit superbis,
Quodq' potis, placide lavare, quod abnuis, aequo
Praetore, sedatoq' grauis sermone recusa.
Postremo tibi diuus opum ne dextra cesset
Auxilio relevare inopes, et praemia laeva
Ferre manu meritis, fas est ut digna laborum

Officio viderat merces animosq; fideles.
Nec tibi munifici laudato pectore Cyri
Displicat vox, et virtus, qui pluris habebat.
Si quos muneribus largus cumulasset opimis.
Quam quas divitias propria congregarat arca.
Præcipue pia dona scholis, pia munera templis
Constitues, Musasq; bonis, studiumq; docentum
Discuntumq; choros pariter stipe diuite pascas.
Scilicet ad sacros hinc propaganda nepotes,
Religio sacris floruit adaucta ministris.
Hinc etiam multo Respublica suscipit usu.
Insignes virtute viros, qui fida ministrant
Consilia, et rebus præsent maioribus olim
In regni communis decus, Patriaq; salutem.
Nec tamen hac adro Musis tibi munera sumptu
Constituenda novo, quam quæ pia vix benignus
Munificusq; Pater tribuit, servanda favorem
Et renovanda tuo, capite facta domestica laudi
Ante oculos imitanda tuæ, morumq; referre
Maiorum pigrae ni te, Generosi tuorum.
Non illi tantum templisq; scholisq; dedissent,
Si non utilitas, et quod decus inde redundat.

Omnia

MS
7
Omnia magnorum superant munera Regum.
Iam pallam fulgentem auro, gemmisq; coruscantem
Extulit, et scriptum pariter, sacranq; coronam
Et donum insignis maj, formosius ullum
Quo non Hesperidum friscis adolevit in Oris.
En iuuenis capite dona, tuæ flos inclitæ gentis,
Et quondam Patrijs succedens ordine sceptris
Illiis ingenti vestigia laude sequaris.
Dixit, et ex oculis pueri sublata recessit
Et gratum abscedens cum lucca reliquit odorem.
Hic Dea processit, quæ Fortis robore præcæ
Instruit, et valida vindix defendere dextra
Hortatur Patriam, libertatinq; suorum.
Quæ sic deinde refert: quanquam virtutibus istis
De quibus admonuit sacra CLEMENTIA vocem,
Detrahere haud possum quicquam, cupione loquendo,
Ostendit res ipsa tamen, tutamini illas
Præsidijq; mei, dextræq; potentis rorem,
Quæ tergat imbelles, ac fortibus assiat armis.
Me iuuenis iunge rogo tibi præstantibus ausis
Assiduam comitem, magnosq; interitus audi
In animo, victorq; metus confemere inanes.

Ipsa ego Justiciam te propugnare docebo,
Ipsa sacras leges, ac Religionis honorem
Nec dubites iudicio fidens terrore tuum,
Hortatrix adro, mentemq; manumq; valentem
Sufficiam, nullis ut dimouere periculis.

Hec uero causa turpis defensor iniqua,
Quiq; latrocinium crudele exerceat in armis,
Aut rabido uolenta furit seu bellua victu,
Irruit, et passim saeuus grassatur in omnes:
Sed mouet officio iusti quum causa doloris
Et Patria cui dulcis amor, cui maxima rerum
Religio, lex atq; fides pia tradidit arma
Me duce fortis ruit, palmanq; insignis habebit
Ac ueluti duro fodiens quae pectora vestro
Sanguine uiuificat timeros animos anxios:
Auspicis sic ille meis dum castra sequitur
Pro grege, ligr, fove, templis luctatus Laris
Vulneribus pulchris perfundet membra cruore.
Opponetq; acies animos, et firma diuollo
Pectora, quò paruos trepidos educere natos,
Cuius ac tutos licet seruare penates.

Sed neq; precipitat, cauteq; ante arma; tubasq;

Prospiciet

8
Prospiciet ratione modum, si condere Pacem
Cade procul, diu iurat ac fera classica Martis
Mœnibus à patrijs, tantumq; arce furorom,
Spargere qui flammis, nudumq; in furia ferrum
Astruat, ac fuscum sorbere immani cruorem.
Sin aliter Pacem nequit, et sua iura tuarj,
Tum uero ducens Dro, quum porrigit ensim
Justicia et Pietas, fidenti pectori sumet
Intrepidusq; animi uiolentum perget in hostem.

Omnino uelso quae pollet pectori Virtus,
Iugentiq; animo per sana pericula fertur
Nec mortis terrore labat, nec casibus ullis
Concutitur, pulchrumq; ante omnia laudis amorem
Justiciamq; fidemq; sequens, mortalia tremat.
Regibus imprimis (quanq; generosa uirorum
Pectora quaq; dret) sed multo Regibus altis
Conuenit illa magis: nec mollis foemina regis
Praeficienda datur, quanq; si foemina regis
Praefuit, et uirtute uiros superauit et armis.
(Qualis iura dabat Babylone Semiramis alta)
Quis Numen, uisq; meas non approbet ipso.

ſceminro in ſexu, plauſumq; ad ſydera tollat.
Quo magis o virtute viros, et Numinis ipſos
Mente mei celſa mormors excellen Reges
Par fuerit, nec molliciem, uanumq; timorem,
Otiq; et luxum pulchra praeponere laudi,
Sardanapalus uti laſciua mollis in aula
ſceminroſq; choros, luſusq; agitabat iuſtus,
Excidit et magno non uir, ſed ſceminra regno.
Quando animum uitijs infringat ipſe uictum.
Degrues animos precora inter merita talj
Ducere morr iunct ſuſpem ſine nomine uitam,
Nil diuini, nil triſte ſequi, ſed cuncta pauere
Ardua, arſidia uentrem curam ſupinum,
Atq; uoluptatis metiri ſingula guſtu.
At mens, et ratio celſi diuina uigoris
Admonitrix, dum uiti decus ſceteris honeſti
Fortia dumq; gruas, et palma digna uiuenti
Omnia ſub pedibus tibi ſternit, et utili quamuis,
Quamuis dulci tibi ſprete obuerſetur inani,
Longe alio cura dudum melior uocabit.
Nec uanos horum nectus, nec credere rebus

Aduerſis

MS
9
Aduerſis, ipſamq; adeo contemnere uitam
Ergo effuſam pro laudis amore iubebit.
Omnia ſunt hominum fluxis ſubiecta ruinis,
Sola tenet celſum uirtutis gloria culmen,
Caſibus haud ullis, aut dyſcenda periculis
Huc quaecumq; uirum iis uictatur oportet;
Non molli pluma, ſed duro calli terendo.
Nec tibi luxuries, molliſq; ignavia palmam,
Pector ſed forti ſudorq; laborq; parabunt.
Praecipue qui ſumma tenent faſtigia Reges
Praepoſiti lati populis, atq; Urbibus amplis,
Ante alios tantam mormors ſub pectorum curam,
Et mollem uirum debent uerſare ſuarum.
Credere nec luxu, pompaq; in munus inanis
Tradita, ſed duro ſibi regna tuenda labor.
Idcirco nil ſegne animo, nil molle uolunt
Scriptoribus ſceteris, ingilant, et robur & omnem.
Huc uim dremdi ferant, uitamq; animamq; profundat,
Si fors dura nocet, Patria ſeruant ſalutem.
Quo ſtuduant, ciuesq; ſuos, et iura tuorj
Maximus ipſorum cura quae Rector Olympi
Credidit, et partem diuini induſit honoris.

Sic placitum Superis: hæc hæc exempla reliquit,
Æterniq; Patris sobolis æterna sacrauit
Atq; suas servavit ovis, et sanguine Christus
Asservit sacri vindex, et pastor ouilis.
Pastores etiam dulci sunt nomine Reges
Atq; Patres Patria, natum ceu carmina dictant.
Ergo suum servare gregem, sua chara tueri
Signora, vel fuso constanti sanguine cærent
Intrepidumq; lupis opponant prætus, et arma
Hostibus excutiant, clypeiq; umbone repellant,
Quem mens alta dabit, milloq; evicta pavore.

Regia mens si fortis adest, si robore pollet
Aemina ductor agens animosi non leonis,
Quamvis imbellis miles, similisq; fugaci
Visus erit cernuo, tamen ipsa exempla secutus
Maonaninque Ducis stimulos, ardebit in iras
Protervus, ac timidi mutato prætor cerni
Induit audacem generoso corde Leonem.
At cernuus si ductor adest, et prætor Princeps
It timido, missatq; animum deirectus et ora,
Ipsa cadit forti præstans in milite Virtus,
Languescuntq; manus et corda animosa leonum.
Ergo quid in tantis vitæ, rerumq; periculis

Rex
L

MS

19
Rex inacutus virtutis ager? quo Alaric canebit?
Ni sint hostili mali premia regna rapina.
Non tot concussum fremitu ævis fluctibus æquor,
Non tot ferventes prælo voluuntur arena:
Quot clades instant et quanta pericula regis
Qua Rex imbellis, timidusq; imbuat et excors,
Ni quicquam in micis ducens puerilibus annis.
Tu cum tristis agros acies conspexit, et acer
Iruat in prædam, ferro grassetur et igni
Hostis, et afflicti plorant sua damna coloni,
Plorant et misera matres, tuncq; puellæ:
Degenens inter fucos ignavia per aulam
Otia agros, somnoq; (nefas) ludosq; vacabis?
Quid cum vicinos iniuria sæva Tyranni
Opprimit, et gurgulo nequicquam prætor dextram
Vindictis implorant, ea nil te cura quietum
Solicitat? poterisq; malis dormire clientum?
Nec cernis, quæ dividi tibi discrimina vident?
Hæc nos Christicolum turpi socordia luxu
Urduat, et fortis dum cessat dextera Regum,
Plurima Thynio subicit regna Tyranno.
Nec tot per populos victor volitasset, et Urbis

Imperiumq; suum terris auxisset opimis,
Si procul excusso torpore nutus tulisset
Tela manu, contra Libyaeq; Asiaeq; Tyrannum,
Europaeq; ferum praedonem, iuuida uirtus
Christicolum iunctis concordie praetor neruis

Regibus at quondam, Ducibusq; in bella paratis
Mos fuit, externas procul arma mouere per oras
Quarum longinquis secleratum in sedibus hostem
Et quod Christicolis raptum praedator habebat
Exturbare solo profugum, telisq; subactum.

Sic Solymas arces, Asiamq; amissaq; bello
Regna Palaestinae felici Marte nascit
Dux Bilonens Lotharingae gloria gentis
Atq; Saracenis longae, Turcisq; repressis
Condidit Imperium peregrinis uictor in Oris
Tot maria et terras transgressus Martius Heros.

Sic Cilicum medias pertrans Fredericus in Oras
Ieruit Aegypti dominum, trepidusq; refugit
Fractus ab inuicti Saladini Caesaris armis.
Et fors tum finis ignorum, ac merta fuisset
Infida genti, cecidissetq; uicta fundo:

Optimus

Optimus in medio uictoria praelia cursu
Dum gerit, extinctus fatis nisi Caesar iniquis
Armata uitam gelido liquisset in amne.
Talibus Heroum studiis Respublica Christi
Tunc munita fuit, nunc languet mascula uirtus,
Deq; coirandis mens nulli serua Turcis.
Illi armis in regna ruunt, o degener auium
O uersi mores, o perditae tempora luxu,
O funesta facies populis quae spargis Erinys:
Quae facis, ut uertant in mutua uulnera ferrum
Christicola, et denons porro discordia carpat,
Quicquid uirtutis superest, animiq; uirilis.

Tu uero illustre iuuenis, tu Numine nostro
Ingredere, et meditare animis et concipe uires
Jamdudum AUSTRIACIS, et auito sanguine dignas,
Incluta succurrant tibi praeae nomina fama.
Et iam Thermopylas, et iam percurrere Plataeas
Jam Marathon, Salaminq; tibi, iam Luctra cruenta
Occurrant, Graiosq; uirum cognosce labores.
Heroes etiam, bellatoresq; Quiritum

MS
Marcellos, Paulos, Fabios, acensq; Metellos,
Nec non Scipiadas gemini duo fulmina belli,
Innumerosq; alios, quorum Maioribus uirtus
Emicuit, memori perlustrans corda teneto.

Plus tamen regnum Martem, sacrosq; labores
Et palmam uenerare Ducum, qui fortia bella
Auspicio gesserunt, non ensi, nec armis
Confisi tantum, precibus quam rite profusis
Atterno Regi, diuinum cuius honorum,
Et populum Urbis custodiri, et sacra tuerbant.

Talis erat Gideon, sacratis talis in armis
Magnanimus Numides, plethoq; decorus, & acri
Militia praestans Iessae stirpis alumni.
Quid te Josia memorum, quid te optime Regum
O Josapha, superiq; Patris fidissime cultor.
An Constantini Pictas, gemineq; latenti
Arma Throdosij possunt diuina ferentes?
Carolus aut Francum de sanguine maximus heros:
Cui debellatas Christo subiungere gentes
Primus

12
Primus amor, mercesq; p̄s erat unica bellis.
Talia ductorum sacra per uestigia mentem
Religione ferens, bello cole Numina Christi
Inprimis, illumq; Ducem tibi iungere bello
Optabis, si sint aliquando bella gerenda,
Quamq; dum liceat, potius cole Pacis amorem.

Odi ego, qui nostro sub nomine fortis haberi
Laudariq; cupit, cum uel temerarius ardeat
Improba bella sent, uel non sat prouidus illis
Præcipitæ fluxas in aperta pericula uis.
Ut qui luctificas Romano sanguine Cannas
Imbuat, aut tristes Trasimene cladibus undas.

Quò magis in bello Pictas quaeritur et armis,
Nè causa momenta iubent, nè Numina Christi
Iunxeris auspicio, tentes quaecumq; relabi
Ab misere in prius cernes, atq; irrita ferri.

Nec minus illa tuas firmet solertia uis
Nosse Ducem, prosperis quas usus callidus, artes
Castiorum seruari locum, positumq; salubrem
Addere custodes uallo, uigilemq; castrum

MS
Quo cunq[ue] densare modo, quo tendere lati
Cormia conueniat, quo tensa reducere flexu,
Qua nullius plano, qua per iuga densa montis
Arcti struas aciem, quas curua ualle latebras
Præcipias fraudi: quis mœnia quasset et aras
Impetibus, aut aditu quo sint capiunda priuati
Militis, hostiles audet qui scandere muros.
Hæc et præfata si Martia multa tremis
Optatam tibi sæpe ferunt stratagemata palman.

Ergo quicquid erit, seu te defendere ciues
Et Patriam tristi cogit sors improba bello,
Aut op[er]e uicinos, pressosq[ue] lenare clientis:
Seu qua tibi durum grauior iactura dolorum
Monerit, ut iustus uindictæ iusta uiscescas:
Sive aliqui seclerum pœnam meruere rebelles,
Accenditq[ue] tuum præfulans iniuria Martem
Nequitia stimulis, et seditione furuntum:
Numina nostra sequens ag[er] fas constanter et æquum
Asser: cum Christo, pietate et fortibus armis
Ipsa ego te præsens medio in discrimine ducam.

Nec

Nec minus ipsa, et horo dices cum iura sereno
Iusticiæq[ue] uors, Patriæq[ue] togatus habenas,
Efficiam celsa te Maiestate uerendum.
Neu p[re]ter, uel p[re]ter te mollis gratia flectat,
Aut metus ullius terax atq[ue] potentia frangat
Contemptorum animum, rectiq[ue] boniq[ue] tenacem
Ipsa dabo: nunq[ue] ducar me, tremere ficta
Damnorum specie, et uana formidinis umbra.

His dictis, galam cristis, auroq[ue] micantem
Furor dedit iurum, fuluum simul addidit ensen
Et clypeum, depicta iurum quo bellica signa
AVSTRIADVM nec non uis, et monumenta nitentur.
Cernere erat primò HABSPURGA de gente RODOLPHI
Ergium Comitum, quonon præstantior alter
Nec pietate fuit, nec bello et fortibus ausis.
Mentis ADALBERTVS huic Cesar iungitur alta
Robor, prociq[ue] uiros suppremit omnes
Corpor, Iusticiæq[ue] grauis sedare tumultus
Qui Imperio studuit tranquillam et reddere pacem
Hunc LEOPOLDVS ouans animi uirtutibus Heros
Insequitur, pietate magis quo mitior alter

MS

Munifica nec mente fuit, qui non paterno
Commissam longos Patriam bene nixit in annos.
Post hos ERNESTVS, FRIDERICVS, MAXIMILIANVS
AVSTRIACÆ gentis quoq; sydera pulchra vident.
Proximus insubitur populi Rex dandi PHILIPPVS
HISPANI Austriacus: qui servantissimus æqui,
Et Pacis dexter studijs, simul utilis armis
Imperij incubuit partes tutamine in omnes.
Nec minor hinc præstantis Aui se gloria tollit
Romulidum qui sæptra tulit, Gallumq; fermentem
Viribus inuictisq; alios compræcuit hostes
FERDINANDVS Patriæ pater, et Salomonius Heros
Atq; fui Virtus, iuuenis generose, Parentis,
Cui formæ Natura decus, frontisq; nitorem
Sydera tribuit, celsoq; innumabilis orbe
Irradians ipsos aspectu CAROLVS Heros
Noscitur, exhalans oculos, et corda suorum.
Arant utroq; vigor, vultusq; animusq; serenus
Et par magnanimis facies Heroica factis.
Quæ postq; iuueni Dia tradidit, accipere dixit;
Quam modo lustrabas pictura accommoda signa
Et monumenta tuæ. felix sic semper honorum.

Austriacæ

AVSTRIADVM, illustriq; tuæ tu stigmata gentis,
Sis bonus, et clemens, sis iustus fortis in armis,
Hæc te sydere Virtus attollit Olympo,
Dixit, et ipsa simul celsum repetiit Olympum.

MS

